



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Diaconatu. Caput IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Tridentinum, immo ipsi licere uxorem ducere. Ratio est, inquit, quia Sacer Ordo, qui imbibit Votum Castitatis, perinde est, ac Professio Religiosa, sed Tridentinum irritam reddit professionem ante illam ætatem emissam, ergo, & hoc Votum.

a Marc. l. c. 19. Verum Marchinus, & aliique putant, teneri ad Castitatem, ut, & ad horas Canonicas recitandas, quia ex una parte puer rationis compos valide se obstringit Votis, & ex *7. Boss. l. c. v. 206.* alia Tridentinum reddit quidem nullam professionem emissam ante illam ætatem, non verò votum in Sacerdotio imbibitum. Neque valet paritas in rebus dependentibus à voluntate Legislatoris, multò magis hic, ubi magna fuit ratio irritandi pro ea puerili ætate Professionem Religiosam, quæ secum affert onera innumera, puta, alia duo Vota Paupertatis, & Obedientiæ, item clausuram, rigorem vitæ, &c. quæ non affert Ordo Sacer.

b Pont. lib. 7 ma. c. 29 n. 15. sine. c. Boss. l. c. num. 207 Lege Pontium *b* dicentem opinionem Thomæ Sanchez, esse sine fundamento. Sed lege *c* Bossium asserentem, utramque opinionem esse probabilem.

§. IV.

Secunda Obligatio Horas Canonicas persolvendi Remissivè.

UBI TAMEN DE NOCTURNO, ET Missis ab Episcopo, in ipsa Ordinatione impositis.

1. **D**E Obligatione recitandi Horas Canonicas dixi absolutissimè in libro secundo Decalogi tozo Capite quinto. Nunc id, tanquam in loco non inopportuno, quæro dumtaxat, an Nocturnum, quod recitandum imponit Subdiacono, ut, & Diacono, Episcopus in eorum Ordinatione, obligentur ii recitare sub mortali? Idem quæro de Missis tribus, quas imponit Sacerdoti. Nam de Pfalmis Pœnitentialibus impositis Ordinatis in Minoribus jam meminimè dixisse *d* supra? *2.* Respondeo. Diana *e* & Bonacina obligari putant sub mortali, sed rigorosè nimis: nam, tum severa obligatio ex nullo capite adesse convincitur, puta, nec ex Jure, nec ex Pontificali, jussu Clementis Octavi edito; in his enim tam gravis præceptio non legitur. Ita Sancti. *f* aliique.

d Sup. c. 2. §. 1. n. 4. e Dian. c. Bonac. c. 2. ap. mox citand. f San. l. 7. conf. c. 2. d. n. 2. n. 6. Pet. Anel. lo Pers. str. de bor. C. a. s. D. 3. n. 10. Bard. in sch. l. 8. q. 7.

3. At hæc Orationes, & Missæ imponuntur in Pœnitentiam; Ergo, cum sint materia notabilis; obligabunt sub gravi culpa.

Respondeo. Unde colligis imponi in Pœnitentiam, quæ semper imponi debet supposita culpa? At culpam est, an potius summa probitas ad Ordines promoveri? Dic ergo melius, imponi in gratiarum actionem, vel quid simile, & ad summum, ut consilium.

§. V.

Tertia Obligatio sufficiens Patrimonium possidendi Remissivè.

1. **D**E hac obligatione commodiori loco *g* Insuper separatim agam paulò inferius. *g* 4.

CAPUT IV.

De Diaconatu.

§. PRIMVS.

Quid ille sit, & qua ejus materia, forma, officium?

1. **E**ST Ordo Sacer Ecclesiasticus, quo confertur potestas proximè assistendi Præbytero in ministerio altaris, legendique Evangelium in Missa.

Nota illud (proximè) per quod maxime distinguitur à Subdiaconatu.

2. Ejus materia, & forma duplex est: Altera est liber Evangeliorum, ejusdemque portio rectio cum his verbis tanquam forma: *Accipe potestatem legendi Evangelium in Ecclesia, tam pro Vivis, quam pro Defunctis, in Nomine Domini.*

Altera est impositio manus dexteræ facta ab Episcopo super caput ordinandi sub his verbis: *Accipe Spiritum Sanctum ad robur, & ad resistendum Diabolo, & tentationibus ejus, in Nomine Domini.*

3. Et quidem sicuti in Subdiaconatu, ita hic duplex adest opinio. Nonnulli enim putant traditionem Evangeliorum cum sua forma esse materiam, & formam adæquatam Diaconatus. Nonnulli verò dicunt, esse partialem, quæ cum prædicta impositione integer adæquatam. Probabilius est hoc posterius, quia Eugenius in Decreto Fidei ait, *sec. 6.*

Dia-

diaconatum conferri per libri Evangeliorum traditionem, & Concilium Carthaginense Quartum cap. 4. assignat pro Ordinatione Diaconi impositionem manus. Ne igitur hæc duo dicta sibi repugnent, vel certè, ut coherant expeditius, dicendum erit, hunc Ordinem per alterutrum inadæquatè conferri, atque ad eò Eugenium, & Concilium solum in his verbis assignasse materiam inadæquatam. Quandoque imprimatur Character, an duplex gratia conferatur? Et similia sunt quaestiones à Scholasticis expendendæ.

4. Munus Diaconi, id est, Ministri Sacerdotis, est, assistere proximè Presbytero sacrificanti, id quod involvit multa, sed præsertim prærogativam legendi Evangelium in Missa. Munus etiam ejusdem est, ex præscripto Sacerdotis Eucharistiam ministrare, quando urget necessitas, ut item Sacrorum lotioni assistere: quæ duo ego satis clarè pro-

2 In opus. securus sum alibi. a

de comm. 5. Semel quaesitum fuit, an Diacone liceat, deferre Pixidem, in qua sunt Sacrae for-

In opus. de mule de uno altari in alterum?

Sacr. Missa Respondimus licere, b quia ex Sancto c l. 1. c. 2. Thoma Diaconus debet habere potestatem §. 2. ibid. super Christi Corpus in Sacris Vasis con- lib. 2. c. 8. tentum, Confirmavimus, quia ex quoridia- §. 8. n. 1. na praxi Diaconus, pro solemni Processio- b Leon. de ne, vel expositione, Pixidem, seu Lunulam, Ordin. d. 1. in quibus est Eucharistia, educit à Sacratio, qu. 38. vel à sublimi loco sumit, adducitque in ma- March. ib. nus Sacerdotis.

6. Quaesitum iterum fuit de munere c. 8. Thom. prædicandi verbum Dei, & putavi hoc mu- 3 p. qu. 82 nus d esse proprium Diaconi; neque enim ar. 3. ad putandum est, tradi illi Evangelii librum, primum. ut eum solum legat, verum etiam, ut, si aliàs d Leon. de est idoneus, illud interpretetur, & Fidelibus Ordin. d. evulget.

2. qu. 26. Quicquid ergo dicant aliqui id conceden- t. 29. tes e Diaconis, solum quando adest penuria e Chamer. Sacerdotum: mihi enim durum videtur, §. Med. ecclesiam velle prohibere illis officium, quod apud Leon. ex propria ordinatione ipsis competit. Multò magis durum videri debet Castropalao, f citati. qui fatetur, materiam adæquatam Diacona- de Ord. d. tus esse traditionem Evangelii, ut denotetur. in. p. 4. inquit ipse idem, munus Diaconi esse, 2. 11. legem Evangelicam præ- dicare.

§. II.

Quaestiones aliquot circa materiam Diaconatus.

1. SI non tradatur liber Missalis (ut certè soler) sed alius liber continens Evangelia, vel eorum partem, Inquiro, an promotio Diaconi validè consistat?

Respondeo, validè consistere, quia jam adsunt Evangelia, quod solum requiritur.

2. Inquiro iterum. Quid, si solum tradatur liber Sacer v. g. liber Exorcismorum, vel Concilium Tridentinum, vel similis liber Evangelium non continens?

Respondeo, Non fore ordinationem validam; quia, sic, non adessent Evangelia, quæ significat formam, quam ordinans profert: Accipe potestatem legendi Evangelium, &c.

3. Inquiro Tertio. Quid, si tota Sacra Scriptura tradatur?

Respondeo, fore certè validam ordinationem, quia Evangelia jam adsunt. Unde idem dicendum erit, si tradatur solum Testamentum novum, non verò, si tradatur solum vetus Testamentum, quia in novo adsunt Evangelia, in vetere non item.

4. Quod, si traderetur liber continens solum Acta Apostolica, Epistolas Sancti Pauli, & Apocalypsis, incerta mihi esset Ordinatio, & sub conditione repetenda, nam quamvis in Actibus, aliisque prædictis libris adsit doctrina Evangelii, non sunt tamen Evangelia.

CAPUT V.

De Sacerdotio.

§. I.

Quid sit, ejusque materia, forma, & officium?

1. Sacerdotium est Ordo sacer, per quem datur potestas conficiendi CHRISTI Corpus, & Sanguinem, ac remittendi Fidelibus peccata.

2. Ejus materia, & forma duplex est.

1. ; Prior.